amittat: Si tamen (ut constituisti) in Angliam
trajicere, fac quaeso ut praemissis maneas, nempe
ut compilationem tuam et praestantissimam scholam
invisas, quae multum Tamo debet, cujus vigi-
lia et cura quosdam ingenuos adolescentes ultra
mediocrem doctrinam evexit. Tum autem scio
veni apud te gratiam inquirenis hoc flagitio ut
hanc urbem ingressus se fecerit invisum, qui di-
citur Catharinae, ibique apud scholae Rectorem M.
Johannem Molinum directas. Haec epistola
erit pro tessera hospitii: fane tanquam amicus
et non hospes accipiere. Cave vero illud de-
tineas, nam sine arte, non invenies tamen prae-
sertim si te tantum dedisti [illegible] convi-
vam habeamus. Vale 4 Cal. Martij 1670. Bremae.

Tui observantissimus
Johannes Molanus.

Clariss. Doctori Sebastiano
Winsemio Wittebergae
Pax Christi.

172.

[= Mscr. n. 7: Nr. 205]

Duo isthinc brevium venientes libelli, vir
doctissime, tuas mihi pergratas literas attule-
runt, quae praeter quendam amoris tui significa-
tionem annexas habebant Doctorum vestro-
rum Disputationes, quarum communicatio est
utilis ad accendendum studium benefaciendi; de
literis igitur te amo, de libellis gratias ago.
Intelligo ex iis strenuam vobis operam constan-
tia. Cum doctis omnia referta sint, non indoctis,
qui linguas et canones, ut fieri exquisite ad con-
sedendam istius Academiae celebritatem. Ego in
Theologicis meum nomen non profiteor, contentus
vulgaribus exercitiis germanae pietatis: neque
pronunciare de talibus rebus temere debeo, sed tamen
mihi videtur Mortinus ille ab Ecclesiae vera
sententia discedere, qui sententiam justi-
ficationis (ut ego quidem intelligo) quando
in conversione Christum apprehendimus, qui
est justitia nostra, fidem [illegible] justi-

tiæ peccatorum nostrorum ratione subjecti adhibuit (i
omnis boni operis expertem esse. Semper
Ecclesia tot discernendo veram fidem a falsa
distinxit. Quod hec infinitis ferasit quia sit
mortua: illam multi viri magni cordis san-
guam primitiam hæreticam et comitati clerici
stigio sequi sentiantur. Si quis ergo me roget
quo jure nos damnati et peccatis obruti justi-
tiam et vitam adipiscamur. Confiteor sub gan-
esse omnia ipsi soli dum tribuenda esse mi-
gratiæ Dei per unam Christi Jesu oblationē
fide a nobis apprehensam, nec ullam ha-
beri volui boni operis nostri rationem, ne
imo sutor καὶ σκύβαλα esse omnia, si veni-
ant in rationem justificationis: sed tamen
eidem sic statuo: Fidem qua sola gloriamur
nihil generatur meditantes nostrâ confessio-
ne esse sed Deum afferentes, nisi ea sit viva
quædam et efficax flamma, inter alios pie-
tatis ardores divinitus accensa et bonorum
operum foecunda: Non esse illam veram fidē
quâ justificamur: sed quandam evanidam fi-
dei simulacrum καὶ πίστιν οὐκ ἐκ τοῦ κα-
λόγου μόνον; quæ ne apprehendere quidem
Christum potest, nedum reos justificare. Quā-
obrem ut jam pridem omnium bonorum jud-
icio confixus jure est error scholasticorum,
qui totam justitiæ laudem soli fidei, hoc est
soli merito Christi cedere noluerunt. Ita isti
antiqui isti consimodo eorum memoriam recte
asseque in contrarium errorem præcipites
abeunt, qui se se ita fide justificatos autumant
ut nullum fidei effectum neque sentiant ipsi neque
aliis ostendant. Impingunt, ut fateor, in Luthe-
ri piæ memoriæ hyperbolas, qui solet ve-
hementior esse in utramque partem, idque
accidit juste Dei judicio a quo minus pendent
quam ab illo, cujus doctrinam non tam ex
vero probant quam propter personam. Sed
de istorum Calvinianorum ulterius expendam. Ego hic

c synodi servivim verò quotidie sentio fore et dominanter in omnibus temporibus, qui vero è suggesta descendunt nisi potius aliquâ macula asperserint tùm scholam tùm Rectorem. Magnum Dei donum idoneus Minister, de qua re credo Dn. Cons. aliquid scriptorum Doctori Deucero quem illi stimules velim ne extrudat nisi eos qui sint et doctrinae sanae et vitae inculpatae, ne fiant nobis posteriora deteriora. Siquidem re gravissima tua fide et diligentia nos juveris experieris nos memores et gratos. Vale Quinto Calendas Aprilis 1578. Bremae

Salvus sit et diu vivat Venerandus vir M. Caspar Cruciger. Saluta et tuam conjugem.

Amicus et frater in Domino
Johannes Molang.

De Consensu Sendomiriensi. 173.

Epistola facultatis Theol. Lipsiensis ad Ecclesias Polonicas.

Reverendi Clarissimi dignitate et humanitate praestantes Domini et amici Commemorante virtute et dignitate eximia praedito Dno Christophoro Threcio cognovimus varia adversa et oblatas difficultates incorruptae et verae atque purae doctrinae Evangelii, et congregationibus Ecclesiae Christianae in celeberrimo regno Poloniae, jam longo tempore, non solùm à manifestis hostibus papisticae catervae persequendo sed turbando etiam atque distrahendo per renovationem veterum sectarum priorem falsam doctrinam et introductos errores praesentes: Et ita ille ostendit, quod tandem Dei aeterni, clamente benignitate conventu habito Sendomiriis consenserit in unam constantem et consentaneam Confessionem fidei atque doctrinae, ut hâc ratione caeteri qui sanctam Ecclesiam turbassent et adhuc turbarent, prorsus removerentur, et omnis falsa atque fraudulenta doctrina refutaretur. Cujus consensus exemplum nobiscum communicavit. Ex quo intellectum est: Vestras Ecclesias quae suspectae in articulo Coenae et quibusdam aliis paucis rebus videantur astipulari doctrinae Ecclesiae harum regionum vestrae consentaneae verbo Dei mandato literis sacris et catholicae, orthodoxae ab Apostolorum usque tem-